

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Illvstrivm Virorum Epistolae, Hebraicae, Graecae et
Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra
aetate doctissimum diuersis temporibus missae**

Reuchlin, Johannes

Hagenoae, 1519

Conradus Adelmanus nobilis canonicus Ioanni Reuchlin Phorcensi

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270838)

EPIS. ILLVST. VIRORVM AD:

quidem translationem si habere possemus, crediderim ego eam & iucundiorē & utiliorē ceteris fore. Vale ac mihi aliquando re scribe. Ioannemq; Chrysostomum si habes in aliis operibus q̄ omni- liis ac sermonibus cum tabellario præfenti uti pollicitus es mitte. Et si quid a me quoq; requiris, tuus explorare quod optas labor, mihi iussa capessere phas est. Iterum uale iiii. Nonas Nouēbres. Anno salutis. M. CCCC. lxxxx. A istadii.

Conradus Adelmanus nobilis Canonicus.

Ioanni Reuchlin Phorcensi.

Salutem dilectissime Reuchlin. Accepi literas tuas quæ mihi iu- cundissimæ cum ob earū ornatū & cōdecentiam, tū etiam pro- pter nostrā iam inueteratā familiaritatem fuerunt, Et quod me de Besarionis libro admones. Scias me superioribus diebus Aureæ apud Bernardum nostrum fuisse. Et si nuncius nō defuisset, adduxis- sem eum mecum. Spero tamē breui me fratrem reuisurum, siq; li- brum eum adducam, quem postq̄ reuertero apud me inuenies. Va- le, & q̄ desiderio tuo nunc quidem satisfacere non potui, mihi da ueniam, ac tuum Conradum non alio erga te animo esse q̄ semper fuerit tibi persuade. Ex Eluangen xxvi. Aprilis.

Hyuo Britannus de Alnetomenguidi Grammaticus

Aurelianensis, Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. D. P.

Vix tandem reatus est nuncius (mi Ioannes) cui posses ad nos literas cōmittere, cuius tñ aduētus mihi q̄ iucūdus extiterit, nec ipse satis exprimere possum. Augebat enī quotidie falsa quædā de te tuisq; rebus opinio. Gaudeo igif̄ quē mortē obiisse for- midabā, nō animo tñ & corpore, qd̄ ipsum est maximū, sed rebus quoq; & fortuna bonis (ut aiūt) ualere. Id nūc restat, ut intermissū scribendi officii inter nos reuiuiscat. Ego qdem id plurimū deside- rabam quo grauius mihi fuit tuū adeo diuturnū silentium, fac igif̄ ut re nunc experiar quod uerbis frequentissime & literis iam deniq; pollicitus es. Quæ apud me deposita sunt, eodē hætenus loco man- ferunt quo ipse obfirmasti, parataq; tibi erunt ubi nuncius aduene- rit. Pædagogum illum postq̄ tuas mihi reddidit literas, nusquā uidi Intellexi tñ q̄ locū habitationis prudenter elegerit apud magistrū Iacobum de Donon. Non est tibi forsitan notus ipse Iacobus, Papiæ siquidē tum studebat cum tu apud nos eras. Vir est præstanti libera